Fragmentarium

ut uenit: dixit raphael ad tobiam.
Tolle tecū ex felle piſcis. erit enim ne
ceſſarium. Tulit itaq; tobias ex felle
illo: & abierunt.
Anna uero ſedebat ſecus uiā cotidie
in ſupercilio montis: unde reſpice
re poterat de longinquo. Et dum ex
eodē loco ſpecularetur aduentū eius.
uidit a longe & illico cognouit adue
nientē filiū ſuū. Currensq; nuntiauit
uiro ſuo dicens. Ecce filius tuus uenit.
Dixitq; raphael ad tobiā. At ubi introi
eris domū tuā: ſtatim adora dn̄m
deū tuū. Et gr̄as agens ei: accede
ad patrē tuū & oſculare eum. [illegible]
Statimq; lines ſup oculos eius
ex felle iſto piſcis quod portas te
cum. Scias enī quod mox aperientur
oculi eius. & uidebit pater tuus lum
celi. & in aſpectu tuo gaudebit. Tunc
precurrit canis qui ſimul fuerat in
uia. & quaſi nuntius blandimento
caude ſue gaudebat. [illegible]
Ibat ihc in ciuitatem que uocatur na
im: & ibant cum eo diſcipuli eius &
turba copioſa. Et reliq. [illegible]
Nam ciuitas eſt galilee in ſecundo
miliario tabor montis contra
meridiē iuxta endor que e uicus
grandis: in quarto miliario eiuſdē

montis ad meridiē. Et ibant cū illo
diſcipuli eius: & turba copioſa. l. vii
Cum autē appropinquaret porte
ciuitatis: ecce defunctus effere
batur filius unicus matris ſue. Defunc
tus hic qui extra portā ciuitatis mul
tis eſt intuentibus delatus ſignificat
hominē letali criminū funere ſopo
ratum: eandemq; inſup animę mortē
non cordis adhuc cubili tegentē. ſed
ad multoꝝ noticiā per locutionis ope
ris ue iudiciū. quaſi ꝑ ſue oſtia ciui
tatis propalantē. l. viii
Qui bene filius unicus matris ſue
fuiſſe perhibetur: quia licet e mul
tis collecta ꝑſonis una ſit ꝑfecta &
immaculata uirgo mater eccleſia.
ſinguli quiq; tamen fidelium uniuer
ſalis ſe eccle filios rectiſſime fatentur.
Nam & electus quilibet quando ad fi
dem imbuitur filius eſt: quando alios
imbuit mater. An non materno erga
paruulos agebat affectu qui ait: filio
li mei quos iterum parturio donec
formetur xp̄c in uobis: Cap
Videte quomodo caute ambuletis.
non quaſi inſipientes ſed ut ſapi
entes: redimentes tempus qm̄ dies mali
ſunt. [illegible] Accepit autem
omnes timor & magnificabant deum dicentes

License: public_domain – Leuven, Archief van de Abdij van Park, VIIIB21/5, Fol. [2]v – Noted breviary
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-butj/6864/56917)